tum 2 aprilis 1718, Gardell., n. 3755? an vero Decretum istud sit particulare in casu proposito?

Respondeo Decretum vim generalem habere, et in Officio B. M. V. recitari debere *Te Deum* à Nativitate usque ad Septuagesimam, et à Dominicâ Resurrectionis usque ad Adventum. In Adventu autem, et à Septuagesima usque ad Pascha, non nisi in festis B. M. V. (S. C. Decreto 2 april. 1718.)

Ex decreto 12 augusti 1854, ad q. 42 et 43, sufficit dicere Officium parvum, uti habetur in Breviario. Quæritur an saltem post orationem ad singulas Horas dici debeat *Dominus vobiscum*, etc., *Benedicamus Domino*, etc., *Fidelium animæ*, etc.

Respondeo *negative*, prout sonant verba decreti Romæ 15 febr. 1857.